



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Phosphorvs sive Ioannes Baptista nativitas, vita, mors**

**Cabilliau, Baudouin**

**Lovany, 1642**

Beatæ Virginis horoscopus, Cuius in sinu Leo recumbit. Spes ad Ioannem  
Baptistam. Iambicum & Anacreonticum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70001](#)

Et nil uberior fluit per orbem,  
Qui sic astrigeram Dei parenti  
Designat gremio latens coronam.  
Et qui iam loquitur perenne Verbum,  
Quod nunc est, fueritque eritque semper,  
Ac Verbi genesis per astra figit.  
O quam lumine perspicace magnum,  
Solers Astrologum facit puerus!

Beatae Virginis horoscopus,  
Cuius in sinu Leo recumbit.  
Spes ad Ioannem Baptistam.

*Iambicum & Anacreonticum.*

**M**ichi vel ipso sole perspicacior  
Magnæ parenti fige dux horoscopum,  
Domumque signa conscio  
In asterismo prouidam.  
Fastisque fandis sera quid vahat dies,  
Dic quid theatro cœrulo & Diuum domo  
Præsagus æther vspiam  
Miri nouique parturit?  
Hic perspicax futuri  
An ominaris augur,  
Felice de venustæ  
Horoscopo parentis  
Quod prosperum sit orbi?  
Saturne quod maligno  
Teter minaris æstro,  
Benigniore lenit  
Id Iappiter sub astro?  
Aut Martios furores  
Venus marita Marti  
Attemperat suavi  
Frangens minas ocello?  
Nil tale Virginali

Solparc

Sol parturit sub ortu.  
Quid ergo! dic, amabo;  
Fauor Louis, Venusque  
Valete inane nomen.  
Nunc ipsa cerne, cœlo.  
Tonantis ira dormit,  
Leoque qui Leonis  
Iam nil Amor reliquit,  
In Virginis suavi  
Sina, tenui recumbit.  
Et Virginis decoræ  
Sol in domo perennat.  
Ut aureum renascens  
Pax sæculum reducat.  
Et qui diu minaces  
Leo recudit iras,  
Stans ferreos in yngues,  
Aheneosque dentes,  
Exasperans in hostes,  
Nunc agnus in benignos  
Cor induens amores,  
Viuat parens parentia.  
Reoque Adæ nepoti  
Salus, Amor, voluptas  
Suaitas, venustas.  
Et vita vena vitæ  
Ac fons beatioris,  
Perennitasque gaudi,  
Et gaudium perennans.

Zacharias Ioannis nomen scribit.

Iambicum.

A Rcanæ sensa mentis interpres stilus  
Ceræ loquaci credit, & iubet loqui  
Dum vincita muto lingua palpitat specu.

Putasne

A iii